

4) *Erasum nomen eius cui tabula oblata est, item erasa nomina alterius consulis alteriusque duoviri.* — 5) *Viro perfectissimo.* — 6) *Scr. fore.* — *In parte aversa eiusdem tabulae extat decretum plane eisdem verbis conceptum, anni p. Chr. 347. Apparet cum Aurelius Gentianus nescimus quam ob causam meruisset ut honor eius tolleretur, tabulam patronatus quae Paesti remanserat post annos decem adhibitam esse ad similem usum. Tertium simile decretum Paestanorum est N. 6114.*

6113 Antonio Marcellino | et Petronio Probino cons.¹ | II nonas Maias, | succlamante populo empurii Naunae² | de[p.]³ offerendam tabulam aeris incisam | patronatus M. Sal. Balerio viro splendido, | cui iam dudum secundum hoc⁴ eiusdem populi | et voluntatem onorem patronatus ei oblatum est, | q. d. e. r. f. p., d. e. r. i. c.⁵ Cum devotus populus | iam pridem M. Sal. Balerio publice onorem patronatus | ei optulerit, cuius immensa beneficia semper non tantum | in municipes⁶, sed berum etiam in nos ipsos contulerit, | empurium quoque nostrum ita semper dilexerit, | ut, ubicumque res exegit, tutos defensosq. praestiterit, | propter quod necesse est eum remunerari oportere: | placet itaque universo populo empurii Naunitani, tabulam | aere incisam ei offerre devere, quo digne onore | sibi collatum a devotissimo populo empurii nostri libenti | animo suscipiat. | Censuentibus C. Iul. Secund. (*sequuntur plura nomina corrupta*).

Nereti (Nardò) in Calabria rep. a. 1595, tabula aenea fastigiata (IX 10 descr. Hieronymus quidam Marciano, satis accurate ut videtur). — 1) *A. 344.* — 2) *Emporium hoc praeterea ignotum.* — 3) *deo (vel ded.) apographum; correxit Hirschfeld.* — 4) *Voces.* — 5) *Quid de ea re fieri placeret, de ea re ita censuerunt.* — 6) *Intellege Neretinos.*

6114 (*caput iuvenis capillatum et pileatum*) Helpidi homo felix, | deus te servet!¹ | Flaviis Leontio et Bonoso cons.², | VI idus Apriles. | Cum cibus frequentes coloniae Paestano|rum coegissent, berba fecerunt: | Non aliunde aestimamus statum cibitatis | altiolem cultioremque reddi, nisi indus|trium (*sic*) virorum patrocinio fulciantur | optimi cibus. Igitur Helpidio honestis|simo viro pro dignitate sua patronatum | offeramus. Credimus, quod in omnibus nos | patriamque nostram fobere digne|tur. | Helpidio. | Placet. Placet Helpidio honestissimo | viro, cuius tanta aequitas tranquill|tas dignitas iustitia innocentia huma|pitas ex origine propa|gata monstra|tur, cuiusque³ proles sanctissimi et eius | venerabilis flos decusque est, tabulam | patronatus sic, uti parentibus eius op|tulimus, offeramus. Quem si accipe|re fuerit dignatus, speramus quod | pro honestate nominis sui in omnibus | nos aequo sinceraeque animo⁴ aspi|cere ac fobere dignetur.

Paesti rep., tabula aenea, est Neapoli (X 478 vidit Mommsen cf. Huebner ex. scr. epigr. n. 884). — 1) *Hucusque scriptum in fastigio tabellae.* — 2) *A. 344.* — 3) *Scr. civisque.* — 4) *Scr. animo sinceraeque.*

6115 . . . [homo] felix!¹ | Post cons. dd. nn. Arcadi III et Onori II | Augg.² C³ ka. April. Genusiae⁴, | referentibus Val. Fortunato et Aur. |